

CLASS. VI.

DE JURE SAECVLARI  
ROMANORVM PON  
TIFICVM

M. ANTONII  
MARCELLI VENETI  
PATRITII, ET SENA-  
TORIS

LIBER.

CVI ADIECTVS  
INGENVVS ET LIBER  
DISCVRSVS

Contra  
ELATIONEM ET POTESTATEM  
temporalem Papæ

Pro  
DEFENSIONE REGIS NOSTRI CHRISTIA-  
nissimi, & Immunitatum Ecclesie  
Gallicane.

NVNC PRIMVM EX GALLICO (NVERRI-  
mè publicato) in latinum idioma translatus  
ac editus.



FRANCOFVRTI,  
Typis Caspari Rötelij, Impensis Ioannis Beyer.

M. DC. XXVII.





WOLPHGANGVS  
CRVSTEHENIVS THEODO-  
RICO RYPERIO

S. P. D.



**I**NTONAT apud Inferos Virgiliano carmine  
Phlegyas,  
Discite iustitiam moniti, & non temnere Diuos.  
At mihi si stentorea vox esset, & centum ora,  
& totidem lingua, pietate longè maiore apud su-  
peros inclamarem, Reddite quæ sunt Cesaris Cesari, & quæ sunt  
Dei Deo. Ex quo enim Marci Antonij Marcelli de lure, & Actio-  
nibus Ecclesie librum legi, mihi adeò contorsit animum dolor, &  
stomachum in Principes aliquos, alieni detentores, indignatio mo-  
uit, ut, ni, quod intus aestuat, expromam, mærore contabescam.  
Quin imò siluisse hæctenus mihi Religio visum est. Non tacuit a-  
men semper, at interdum,

*Verbis odia aspera moui.*

*Atqui odium trabeatorum, & septrigerorum me de sententia  
non deiecit; quippe*

*iustum, & tenacem propositi virum,*

*& Romano Pontifici in primis eò magis addictum, quò Germania*





DE IVRE, VT VO-  
CANT, SÆCVLARI ROMANÆ  
ECCLESIAE TAM SVPER IIS, QVÆ  
possidet, quàm super iis, quæ sibi de-  
beri profitetur.

CAPVT I.

*Auctoris consilium, & mens in libri compilatione.*



V M M V S Pontifex Romanus, absque hominis vllius controuersia, præter excelsum factorum imperium, ditiones multas, in Ecclesiasticorum manum diuersis temporibus collapsas, eo etiam iure possidet, quo cæteri Principes quisque suas. Alias quoq; non paucas sibi deberi, vel palam in medium affert, vel non iniuria in medium afferre potest.

Quoniam autem rationum, causarumque multæ vetustate obruuntur, quamque earum ex melioris notæ scriptis eruere, & sub mortalium conspectum erutam constituere non erit abs re.

Hic verò ante omnia Constantini Donatio, Pontifici Syluestro facta, dubium nõ exiguum animis parit. Namque ex Platinæ, Socratis, & Sozomenis sententia nil, nisi munera aliqua, censusque; ex Martinianis Chronicis nil